

Ergo iterum officij nunc munera iussa subimus,
Ad Capita, & nostrum nunc properamus
opus.

Christus enim nostri Rex optimus ille misertus,
Non renuit: medicas sed dedit ipse manus,
Ante omnes prebens rebus medicamen in arctis,
Vita, via, & solus Christus ἀλεξικακος.
Gloria sit Christo, tanto sit gratia fratri,
Propitia sanat qui mala nostra manu.

Nunc Augustanos manibus tenuisse iuuabit
Articulos, fidei splendida verba sacra.
Quos artus nervosq; voco nunc dogmatis huius,
Est cui præ reliquis semper habenda fides.
Sanguine multorum, magnâ & confessio cura
Firmata, aduersus permanet illa malos.
Huic se Electores, & magna mente Dynasta
Subijciunt, Satane sic superantq; dolos.

O utinam Christi in laudem coniungeret omnes
Normaq; concordēs redderet ista Duces.
Heu, heu, quam videt hoc Ecclesia facta nefanda
Tempore? nos trudent iurgia in exitium.
Fratres, conseruos, collegas, dulcis amicos
Nos vocat, & coram sermo placere studet.
Longè aliud post terga sonat mala lingua, repug-
Per totum, & contrà dicit ubiq; sibi. (nans
Hæc mala, cuncta ferunt mala, mox mala plura
vocabunt,
Nemo etenim falsis discit habere fidem.

Non